DECISIONES ROTALES

Ab Excellentiſs. D.

BELMONTE DE BELMONTIBVS

NOBILI ARIMINENSE

Selectæ, & Vnico Volumine in tres partes diuiſæ.

DECISIONVM
SELECTARVM
A. D. BELMONTE DE BELMONTIBVS
NOBILI ARIMINENSE

I. C. Clariſsimo, quæ modò ipſo Proponente, modò Votante in Auditorijs Rotalibus

PERVSIN. LVCENS. GENVENS. FERRARIEN. BONONIEN.

Ac iterum in hoc Almo Rotæ Ferrariæ pro tertia vice nunc Auditore, & Prætore digniſſimo, emanarunt;

ELABORATA CONGERIES.

Vnà cum Argumentis, Summarijs, ac Indice rerum Notabilium; Ad faciliorem, atque vtiliorem Studentium vſum diligenti calamo ab eodem Authore, & Collectore diſpoſitis.



FERRARIAE, M. DC. LXVII.

Apud Alphonſum, & Io. Baptiſtam de Mareſtis. *Superiorum Permiſſu.*

DECISIONVM SELECTARVM A D. BELMONTE DE BELMONTIBVS NOBILI ARIMINENSE

I. C. Clariſsimo, quę modò ipſo Proponente, modò Votante in Auditorijs Rotalibus

PERVSIN. LVCENS. GENVENS. FERRARIEN. BONONIEN.

Ac iterum in hoc Almo Rotæ Ferrariæ pro tertia vice nuuc Auditore, & Prætore digniſſimo, emanarunt; Elaborata congeries.

FERRARIEN. DOTIS.

ARGVMENTVM.

Periculum rei deperditę, nunquam ſpectat ad virum, niſi ad ſui libitum rem diſtrahere poſſit, & recipiens dotem etiam æſtimatam, & ſe obligans reſtituere rem ſibi datam eandem rem reſtituere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Dos data in pecunia in eadem ſpecie debet reſtitui, & non aliter.*

2 *Per deſcriptionem partitæ in faciem alicuius inducitur vera traditio.*

3 *Et transfertur poſſeſſio, ac dominium præcedente titulo habili ad illud transferendum.*

4 *Verba dedit, ceſſit, aſſignauit important dominij translationem.*

5 *Stipulatio pro hæredibus excludit conſtitutionem fundi dotalis.*

6 *Permiſſa alienatione non poteſt dici data res pro fundo dotali.*

7 *Pactum inueſtiendi non impedit translationem dominij.*

8 *Immo in venditione appoſitum non impedit, quin recipiens poſſit eandem rem in alium transferre, etiamſi teneretur promittens ad intereſſe, vel ad pœnam.*

9 *Pactum de non amouendo pecunias non tollit translationem dominij, ſed ſolum facit conditionalem exactionem, vſumque pecuniarum.*

10 *Promittens reſtituere dotem habitam ſe obligat ad reſtituendum pecuniam, licet dotem habuerit in rebus æſtimatis.*

11 *Pactum de inueſtiendo rem pro fundo dotali videtur aliquando appoſitum pro cautione, & hypotheca ipſius dotis.*

12 *Pactum de non amouendo pecunias, niſi &c. appoſitum cenſetur potius ad transferendum quaſi dominium fictitium, & imaginarium, quàm verum, & naturale, quod noluit abdicare à ſe mulier, & libere in maritum transferre, ſed tantum vtile, & Ciuile pro conſecutione fructuum.*

13 *Verbum debet importat neceſſitatem.*

14 *Verbum niſi conditionalem facit diſpoſitionem.*

15 *Conditione pendente non transfertur dominium, ſed periculum rei depoſitatæ eſt ipſius deponentis.*

DECISIONVM SELECTARVM

A D. BELMONTE DE BELMONTIBVS NOBILI ARIMINENSE

I. C. Clariſsimo, quæ modò ipſo Proponente, modò Votante in Auditorijs Rotalibus

PERVSIN, LVCENS, GENVENS, FERRARIEN, BONONIEN.

Ac iterum in hoc Almo Rotæ Ferrariæ pro tertia vice nunc Auditore, & Prætore digniſsimo, emanarunt; Elaborata congeries.

PARS SECVNDA.

FERRARIEN. Fideicommiſſi.

ARGVMENTVM.

Quando ſit locus executioni trium conformium, quando inducatur fideicommiſſum, & an ſufficiant coniecturæ, & quid dicendum in alijs articulis circa materiam fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Tres ſententiæ conformes in omni materia conſtituunt rem iudicatam.*

2 *Sententia nulla, vel iniuſta nunquam in iudicatum tranſeunt.*

3 *Sententiæ de nullitate redargui non poſſunt, dum adſunt omnia iudicij ſubſtantialia.*

4 *Deſcendentia teſtatoris, ac identitate bonorum iuſtificata eſt locus l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll. vel Saluiano interdicto.*

5 *Poſt latas tres conformes poteſt Iudex ad executionem procedere non obſtante appellatione, cum ſit opus inhibitione.*

6 *Commiſſio cauſæ ſola non ſufficit, ſed eſt neceſſaria illius præſentatio citata parte ad effectum abdicandi iuriſdictionem Iudicis à quo.*

7 *Per acquieſcentiam quis cenſetur ab attentatis omninò receſſiſſe.*

8 *Ratione noui grauaminis in omnibus eſt cognoſcenda cauſa appellationis, quando connexitas grauaminis eſt talis, vt ſine illius reiectione impoſſibile eſſet dare executionem ſententijs in alijs conformibus.*

9 *Fructus ſunt ſeparabiles à poſſeſſione, quamobrem huius reſpectu ſententiæ conformes demandantur executioni, quamuis reſpectu fructuum ſint appellabiles.*

10 *Vt diſcuſſio ſuper meritis cauſæ tribus conformibus ſit præiudicialis, requiritur ex proſecutione detegi iniuſtitiam rei iudicatæ.*

11 *Quando melioramenta ſunt illiquida ex æquitate concedi ſolet terminus ad illa probanda, quæ, ſi in dicto termino non fuerint liquidata, non inde executio retardari debet.*

12 Ex-

DECISIONVM SELECTARVM

A D. BELMONTE DE BELMONTIBVS NOBILI ARIMINENSE

I. C. Clariſsimo, quæ modò ipſo Proponente, modò Votante in Auditorijs Rotalibus

PERVSIN. LVCENS. GENVENS. FERRARIEN. BONONIEN.

Ac iterum in hoc Almo Rotæ Ferrariæ pro tertia vice nunc Auditore, & Prætore digniſsimo, emanarunt; Elaborata congeries.

PARS TERTIA.

FERRARIEN. Manutentionis.

ARGVMEMTVM.

Pro dotium reſtitutione non admittitur à Statuto Ferrariæ retentio, præueniente, & continuante poſſeſſione bonorum in hærede, ſecus ſi dos conſiſtat in fundo dotali, quando quis ex nouo titulo hæreditario cenſetur mutaſſe cauſam poſſidendi; & quid ſufficiat ad obtinendam manutentionem declaratur in deciſione.

SVMMARIVM.

1 Attenta aſſociatione iudiciali obtenta ab hærede in bonis Patris ei competit interdictum retinendæ tam de iure communi, quàm Statutario.

2 Poſſeſſio poſterior nullius eſt momenti, nec eſt manutenibilis, etiam ſi iunior eſſet titulata, & anterior careret titulo.

3 Præſertim quando ſine citatione, & cum clauſula ſine præiudicio, emanauerit.

4 Soluto per obitum viri matrimonio ipſo iure bonorum dotalium dominium transfertur in vxorem continuatiuum.

5 Ciuilis poſſeſſio, quæ reperitur penes vxorem viuente viro, attrahit naturalem exiſtentem penes maritum poſt eius obitum.

6 Fundus dotalis de ſui natura non eſt ad hæredes tranſitorius.

7 Retentio non admittitur pro dotium reſtitutioni à Stat. Ferr. præueniente poſſeſſionem bonorum defuncti in hærede.

8 Quod procedit in dote conſiſtente in quantitate, non autem in fundo dotali, cuius dominium à lege ipſo iure retrotransfertur in vxorem.

9 Poſſeſſio adepta nemine citato, nec probato bona remanſiſſe in hæreditate defuncti non eſt conſiderabilis ad effectum adipiſcendæ, nec ad effectum retinendæ etiam vigore d. Statuti.

10 Primogenitus à fæminis quando admittatur.

11 Dubietas ſuper admiſſione ad hæreditatem habet peri-